



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola LXV. Dilecto amico salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

los esse, qui talia egerunt, qualia tibi quotidie diabolus suadet. Ecce heri fecisti voluntatem carnis tuæ; hodie vadis in incendium ignis æterni.

EPISTOLA LXV.

Dilecto amico salutem.

PLACVIT caniciem vestram parua salutationis chartula appellare: sed non paruo charitatis officio: vt sciatis, licet longè positum, vestri tamen habere memoriam, & familiaritatis non obliuisci, quam præsentis suauissima dilectione & consolatione nos inter habuimus, firmam semper inter nos permanere in Christo charitatem: nec quolibet vento falsiloquij destrui; sed solida firmitate inter omnes huius seculi aduersitates immobilem semper consistere. Nostri memor in orationibus tuis semper valet, frater charissime.

EPISTOLA LXVI.

Optimo Theophilo bis bini Euangelicæ veritatis discipuli, & sanctarum quadrigæ virtutum, fidelium quadriga amicorum plena charitatis naue trans alpinas aquas dirigit salutem.

ACCEPIMVS dignitatis vestræ chartam, verè, vt agnouimus, charitatis floribus depictam, ac mellifluis spiritualis iocunditatis sapore refertam. Vnde & nos discipuli sanctitatis vestræ in abundantia rorifluis nectaris, quod ex eius gremio pleniter hausimus, refecti, satiati, valde lætati sumus: agnoscentes cœlestem charitatis thesaurum vestro sufficienter recondi in pectore: & affluen-

Q

REGANJ
SII
omg omg
SIV
24